

IOACHIMVS C A M E R A R.

Danielo Stibaro, S.D.



VID tu quereris silere Musas nos
stras, qui nō ignoras quibus flatibus
quasi cygnorum excitentur carmina
illarum . Mihi quidem mi Daniele ita
uehemēter ἵπποι κολοιῶρ̄ obſtrepitūr
ut mirum sit exaudiri à me ipſo, non enim dicam ab
alīs, noſtriſ cantus. Non quereris ſatiſ ſcio amplius.
ſunt tibi enim noſtæ multipliſe curæ meæ, quibus
hoc tempore diſtincor, quibusq; ſi quid ingenij in me
eſſet, id totum κολούνται, uel potius ἀφανίζεται deſebat.
Sed tibi tamen ſatisfacere cupio. In quo ſtudio mu-
tuabor calliditatis aliquid à uerſa ſapientia, & tibi
à me dabo alienum beneficium : Et ſi nō ſunt iſta alic-
na beneficia que quaſi uarravriæ rivi propria fiunt.
Nos quidem certe hæc, qualiacūq; ſint, max. ex pars
te exornauimus, & inſtruximus quadam ſpecie pul-
chritudinis, ac ne penitus abdicemus, nos quaſi in gē
tem alienam adoptione emācipata tranſire iuſſimus.
Quod autem ad captam Romam attinet, commenta-
rium propter rem memorabilem plurimi faciēdum,
ſcito illū nobis ab A. palæospyro miſſum, cui nos uero-
sus Cæſarianos adieciimus. Eſt autem tibi erga Caro-
lum noſtræ uolutatis promptiudo nota. Rideant hæc
ſanè qui uelint, in hac paruitate noſtra & præſtantia
illiſ, cum iſum Numen infimorum adoratione &
cultu imprimis delectur. Tibi miſi nunc hæc, nō ſo-

lum ideo ut aliquid mitterem, nolim enim abire multum temporis, quo nō seruato antiquo more decerpā aliquid de fructibus studiorum meorum, quo te munērari possum, sed ob hanc etiam caussam hoc tempore in istam editionem operam diligenter dedi, ut te inter uarios rumores quasi uaticinij quibusdam cōfirmare. Noli enim putare plus fidei habendū ullis astrologorum aut aruspicum diuinationibus, quam eorum qui uatum nomen proprium inuenierunt, non imbuti superstitione aliqua, sed insinu quodam ēstui coeli præditi. Quid dubitas: uincere oportet Carolum, proflus enim huius,

Tum in dīo ēsi qīas dīi pūtīta zīve.

Vis plura: non dico tibi uulgaria præditionum diversarum quæ sunt tibi notis. sed unum singulare. Lusere quondam in Italia uiri eruditæ sortibus Virgilianis: tum Carolus adolescens fuit, ne quisquam suspicari potuit eo progressurum potentia atq; opum, quo nos cum incredibili lētitia uidemus. Tunc de pontifice Leone & alijs quæ sortes fœdæ atque ridiculæ exiisse dicantur, nō lubet nunc exponere: nam publicare animus est cum Homericis quibusdā, quarū nobis spes nuper est facta: sed de Carolo Philippi. f. diuīnum his uersibus data tum fuit.

Huius in aduentum iam nunc ē Caspia regna
Responsis horrent diuīum, & Mæotica tellus.
Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.

Quibus nos si uidetur & præcedentia & sequentia attexamus quæ bis ipsis profectio indicantur. Sed

non

A
tim abire
more decipi
quo te mis
hoc tempore
di, ut te i
m ciforme
ullis affer
dami coram
con iudea
carolan,

monum di
late. la
irigiliu
n sapiv
m. quo
ponit
icule
obli
no
f. du

que
g sed
na

AD DANIELVM ST.

nō libet nimium gloriari : et si gloria humana repræ
bendi solet, diuina neq; solet neq; debet. Carolum aut
constat nunquam tribuisse suis uiribus max. rerum ul
las actiones suas, sed potius retulisse acceptum totum
nomen, de cus, famam, fortunā, imperij, uirtutis, po
tētię, uictorię, Diuino numini, cuius ipse quasi admi
nister uoluntatis in terris uersaretur atq; elaboraret.
Hęc mi Daniele, si uidebitur, cōmunicabis cum Hu
teno nostro cuius fratrem philippum natum laudi iu
uenem, reuersum de Indica nauigatione, ducere. ali
quot ad Cæsarem cohortes audimus, sumusq; illius
laudatiss. conatibus precati dignam fortunā. Quam
quidem iam ita ille finxit animo supra etatem forti
atq; magno ut instabilis. Dea in hoc mutari non pos
se uideatur. Quicquid enim accidat, ego quidem uo
lo ominorq; leta omnia. Quam gloriam sibi compa
rauit ille uirtute sua, sempiterna profecto etiam ad pa
steritatem cum aliqua accessione dignitatis nobilissi
mæ Genit is futura. Sed fuimus longiores quam o
portuisse uideatur, in quo si quod est peccatum meū,
cupiditati quasi colloquendi tecū ascribas, cuius iam
diu sermonum suauitatem requiro cum summo des
derio. Bene uale & saluere Huienum à nobis multum
iube. Tubingę Suciiorum XV. Cal. Iunij.